

eorum animis est instar arboris, quae firmas agit in terra radices, ut nulla ventorum vi evelli, aut loco moveri possit. Quamquam iustus (Auctor inquit Catena Graeco.) e medio abeat, & moriatur, attamen radix eius manet firma. Nec ea tantum, sed bona quoque, bona laudabileque actiones, quae inde prodierant.

Interlinealis sic premit illa verba: Radix iustorum non commovebitur, id est, Charitas nunquam excidet. De ea loquitur charitatis virtute, & virtutum omnium Regina, Ephes. 3. 17.

In Charitate radicati, & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ac si dicat: Si Charitas in vobis firmas radices agat, utique perfecte cognoscetis, cum sanctis in caelo triumphantibus, Deique visione beatos omnes divinitatis dimensiones. Subinde ipse Apostolus, ut qui erat imperterrita mente, constantique animo in virtute radicatus, sic audacter inelamabat ad Romanos.

ad Rom. 8. 35. Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames, an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Subdit continenter: Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei. Expende illud, certus sum. Certus erat profecto, se non posse vinci neque a mundanis, neque a supermundanis, neque ab existentibus, neque ab extituris, aut possibilibus creaturis: atque adeo certus etiam erat, unum se esse ex praelectis ad gloriam: qua enim certitudine in se radicatum agnoscebat virtutem, eadem profusus se esse praedestinatum noverat.

Sic aliqui interpretantur: & si alii loqui hic Paulum in persona electorum arbitrentur. Pro certus sum, Graeca sonant: certam in Domino spem habeo, persuasum habeo, confido, argumenta probabilia, & conjecturas habeo. Unde Apostoli verba ad omnes illos extendas, in quibus virtus firmas egit radices: hi certe conjecturabile, & probabile suae praedestinationis signum habent, animosam in Domino confidentiam. O quantum interest animum virtutis praxi assuescere! Radices illa aget firmissimas, quae non nisi in electis mittuntur: & in electis meis mitte radices. Ut enim praecclare sanctus Paulinus Epist. 5. loquens de charitate, quae nunquam excidit: Siquidem & in Deo permanet, omnem, in quo manet, hominem sua perennitate perpetuat.

1597 Vox electorum illa est Cantorum 2. vers. 4. Ordinavit in me charitatem: fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Dum ordinatam in se charitatem habere profiteretur, virtutes omnes firmiter stabilitas in animo suo ostendit. Ut enim Augustinus libro 15. de Civit. Dei capite 22. observat; Diffinitio brevis, & vera Virtutis, ordo est amoris. Et cum ad militarem ordinem fiat allusio, ordinata virtus erit strenua, robusta, quam nulla vis adversa superare valeat. Quod statim explicat: Fulcite me floribus, id est, virtutibus, ut multi explicant, vel dono fortitudinis, ut non-

S. Paulin. S. August.

Interlinealis sic premit illa verba: Radix iustorum non commovebitur, id est, Charitas nunquam excidet. De ea loquitur charitatis virtute, & virtutum omnium Regina, Ephes. 3. 17. In Charitate radicati, & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ac si dicat: Si Charitas in vobis firmas radices agat, utique perfecte cognoscetis, cum sanctis in caelo triumphantibus, Deique visione beatos omnes divinitatis dimensiones. Subinde ipse Apostolus, ut qui erat imperterrita mente, constantique animo in virtute radicatus, sic audacter inelamabat ad Romanos. ad Rom. 8. 35. Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames, an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Subdit continenter: Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei. Expende illud, certus sum. Certus erat profecto, se non posse vinci neque a mundanis, neque a supermundanis, neque ab existentibus, neque ab extituris, aut possibilibus creaturis: atque adeo certus etiam erat, unum se esse ex praelectis ad gloriam: qua enim certitudine in se radicatum agnoscebat virtutem, eadem profusus se esse praedestinatum noverat. Sic aliqui interpretantur: & si alii loqui hic Paulum in persona electorum arbitrentur. Pro certus sum, Graeca sonant: certam in Domino spem habeo, persuasum habeo, confido, argumenta probabilia, & conjecturas habeo. Unde Apostoli verba ad omnes illos extendas, in quibus virtus firmas egit radices: hi certe conjecturabile, & probabile suae praedestinationis signum habent, animosam in Domino confidentiam. O quantum interest animum virtutis praxi assuescere! Radices illa aget firmissimas, quae non nisi in electis mittuntur: & in electis meis mitte radices. Ut enim praecclare sanctus Paulinus Epist. 5. loquens de charitate, quae nunquam excidit: Siquidem & in Deo permanet, omnem, in quo manet, hominem sua perennitate perpetuat. 1597 Vox electorum illa est Cantorum 2. vers. 4. Ordinavit in me charitatem: fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Dum ordinatam in se charitatem habere profiteretur, virtutes omnes firmiter stabilitas in animo suo ostendit. Ut enim Augustinus libro 15. de Civit. Dei capite 22. observat; Diffinitio brevis, & vera Virtutis, ordo est amoris. Et cum ad militarem ordinem fiat allusio, ordinata virtus erit strenua, robusta, quam nulla vis adversa superare valeat. Quod statim explicat: Fulcite me floribus, id est, virtutibus, ut multi explicant, vel dono fortitudinis, ut non-

nulli alii. Fulcite me unguentis, legunt LXX. & explicat Nyssen Homil. 4. O admirabiles columnas! O nova sidera! Qui vult fulciri unguentis, quaerit sibi adesse firmitatem in virtutibus. Vides quam firmas egerit radices in sponsae anima virtus? Quid subinde? Stripate me malis. Philo Carpat. arcanè explicat; Philo. Sepelire me in numero Iustorum. De quibus Carpat. Sapient. 5. vers. 16. Iusti autem in perpetuum Sap. 5. 16. vivent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio eorum apud Altissimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini: quoniam dextera sua teget eos, brachio sancto suo defendet illos. Ex horum numero se esse iure reputabat sponsa, cum radicatum in se virtutem animadvertet. Unde verba subdit praefactis sapientiae verbis simillima. Laeva eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Per laevam gratia praesentis vitae, per dexteram gloria futurae & aeternae designatur, ex Cassiodori, Philonis Carpat. Bedae, & aliorum mente. Laeva quidem levat, dextera suscipit: laeva iustificat, dextera beatificat; aebat Bernardus Sermone 4. de Vigil. Nativit. Domini. Certè dum Christi sponsa se, suamque virtutem videt laeva Dei manu veluti fulcro quodam inconcussae virtutis, sustineri, firmari, & per gratiam stabiliri, quasi secunda futurae gloriae ex certo pignore, certa spe, canit: & dextera illius (in qua est longitudo dierum Proverbiorum 3. vers. 16.) amplexabitur me: bonis undique suis, & beatis caeli gloriae circumplectetur me. Certa spe concepta (ait Bernard. Sermone 51.) cum fiducia loquitur: & dextera illius amplexabitur me. Sic se ille reputet ex praedestinitis unum, in quo virtus firmiter radicatur: sit usque eo pietatis tenax, ut sibi serio persuadeat, Dei gratia electum ad aeternam esse felicitatem.

1598 Exiit divinus ille pietatis seminator, Matt. 13. 5. & in petrosa misit bonam caelestis feminis partem, quae illico aestuavit ad solis ardores, & omnino aruit. Sic Christus ipse explicat hanc feminis portionem vers. 20. Qui autem super petrosa seminatus est, hic est, qui verbum audit, & continuo cum gaudio accipit illud: non habet autem in se radicem, sed est temporalis; facta autem tribulatione & persecutione propter verbum, continuo scandalizatur. Virtutem ille alacriter susceperat, & virtutis opus facile incepit, sed infirma virtus fuit & temporalis, quia vix nata exaruit ad primos tentationis ardores. Quid mirum, si radices non egit? Sed cur radicata non esset? Quia super petrosa cecidit, super lapideum cor, super obduratum animum in malis. Unde sic legitime arguas: Bona virtutis opera incepit quispiam, & statim dimisit: ergo lapideus est, ergo obduratio ei cordis? Cordis verò durities cum per subtractionem majorum auxiliorum fieri solet, ut explicant Theologi; collocari videtur homo sic obduratus in ea ferie, in qua reprobatur, nisi Deus velit uti extraordinarius mediis, & immutare cursum, & leges ordinarias gratiae; quod raro fit. Timeat, & iure quidem timeat de sua aeterna damnatione: nam extremam duritiem comitari solet floridus virtutum, & mox interceptus conatus.

E contra ibidem sub eadem parabola, de illo, qui pietatis semen suscepit, retinuitque pii propositi tenax, fructum attulisse & fecisse

fecisse dicitur centesimum. Certè, per numerum centenarium arcanissime designari aeternum gloriae praemium, communis est interpretatio. Ut enim Remigius in Catena sancti Thomae: Centesimum fructum facit, qui vitam aeternam promittit: centenarius quippe de laeva transit ad dexteram: per laevam autem vita praesens designatur, per dexteram futura. Alludit ad eam supputandi rationem apud veteres, qui sinistra manu nonagesimum nonum numerum significabant, centenarium autem dexteram. Imò, ut sapienter observat Cassiodorus in Psalm. 110. relatus à Bongo in opere de Numerorum mysteriis: Numerus centenarius speciem desiderabilis coronae, digitorum dextrae manus inflexione, designat. Ecce tibi quod sponsa proximè inelamabat, dum in se radicatum & obfirmatam virtutem experiebat: & dextera illius amplexabitur me: nam diadema regni in manu Dei Isai. 62. vers. 3. Et quidem, quasi iam coronam gloriae perfrueretur qui semel susceptum pietatis semen tenaciter retinebat, non de futuro asseret, faciet, sed de praesenti asserit & facit fructum centesimum. Qua ratione Paulus cum verissime de se pronunciaisset 2. ad Timot. 4. vers. 6. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, quod inconcussae virtutis, & nunquam labefactandae argumentum est; subterxit pie audax: In reliquo; Graecè, igitur, reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi in die illa iustus Iudex. Ubi Anselmus: Spe firmissima hoc dicit, & quod futurum esse praesumpsit, tanquam factum fuerit, indicavit. Quisquis ergo viriliter plus est, & virtutis constantia pollens, quotidie augeatur, locupletatur, distenditur; reputet iam centesimum adesse fructum, & coronam gloriae donari.

SECTIO XXXI.

Sanctorum plenitudo est ipsorum perfectio, sanctitas, & virtutes animi internae; sine quibus homines inanissima sunt vacuitas.

1599 Hunc planè sensum moralissimè reddunt illa Siracidis: Et in plenitudine sanctorum detentio mea: uti in Enodatione textus statumus. Rem jam totam illustremus. Sic habes Genes. 1. vers. 2. de Terra ab initio temporis cum Caelo fundata: Terra autem erat inanis, & vacua. Aquila vertit: Vacuitas, & nihil. Theodotion; Inane & nihilum. Alii, inanitas, ipsunquè nihil. Vacuitas erat inanissima, quia sine animalibus, plantis, metallis, &c. quae sunt ejus plenitudo. Hoc de caelo Empyreo minime dicitur, cum fuerit simul cum terra creatum: non enim vacuum tunc erat, sed multa luce conspicuum, & incolis Angelis inhabitatum, atque ita lumine divinae Majestatis resplendens: ut loquitur Rupertus libro 1. capite 7. Caelum quidem non inane, vel vacuum erat; quippe quod ex lumine divinae Majestatis resplenduit. Verum terra inanis erat, & vacua. Non quidem ipsa à divina magnitudine remota erat: sed eam Majestas eadem, & si jam potestate, non tamen actu impleverat, vel ornavit. Nimirum, per terram inanem & vacuum peccatores portendebantur, qui, tamen invidialibus bonis in-

Terra inanis & vacua peccatores.

tenti & pleni; inanes & vacui sunt, ipsaque inanitas & vacuitas, ac nihili omnino, cum sint virtutum & gratiae caelestis bonis, atque adeo superno divinae Majestatis lumine desituti. E contra verò iusti, qui per caelum designantur Empyreum, non inanes, non vacui, sed solidi & pleni, divina virtutum & gratiae plenitudine, ac Dei ipsius majestatem eos implente conspicui, constantia, & pondere perstantes.

1600 Proverbiorum 6. vers. 12. aiebat Rex pacificus: Homo apostata & inuiliis. Tigurina vertit: Homo Belial est vir vanus. Hebraicè, is aven, id est, vir vanitatis, mendacii. Appellat absolute impium quemlibet, ac sceleratum Apostatam, seu Belial, aut Diabolum: quem etiam virum vocat inutilem, vanum, vacuum, mendacem; five vanitatis, vacuitatis, & mendacii; cum omnino inanis sit, & vacuum solidà & verà intus latente virtute, & operante divinitate. Unde Varius explicat: Qui omni ratione, humanitate, religione, pietate, & omni improbate destitutus, homo nihili. Quasi improbi homines, homines non sint solidi & veri, sed inanes, & splendide mendaces seu fictitii, externa dumtaxat humanae naturae specie praefulgentes, longè aliter iusti, è quorum numero Jobus erat, quem Moyses sic dilaudat in capitis primi auspicio: Vir erat in terra Hus nomine Job; & erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, recedens à malo. LXX. Interpretes, Origenes, Chrysostomus & alii pro simplex, legunt, & erat ille homo verus. Quale hoc Jobi elogium, quòd erat ille homo verus? Nonne quisquis animo, & corpore constat, verus est homo? Est planè, si Philosophicam hominis definitionem spectes, homo est animal rationale: si verò moralissimè loquaris ex divinarum Scripturarum usu, ille solummodo verus homo censeri debet, qui iustus est, & iustitiam sectatur: secus autem, falsus erit homo, fictus, & nugax, inanis, & vacuum, & omnino nihilum. Ut enim scite sanctus Chrysostomus relatus à nostro Comitolo in Catena Graeca, super Job. Erat homo verus: improbi enim sunt falsi homines, non secus quam picti, &c. Solus ille verus est homo, qui conservata imagine, à Deo concessam pulchritudinem minime obscuravit. Talis Job fuit, verus, non fictus, qui rebus ipsis hominis virtutem declaravit, non habitu est ementitus, nec tanquam histrio hanc ipsam simulavit.

1601 Hinc illud Salomonis pronunciatum Eccles. 12. 13. Deum time, & mandata eius observa; hoc est enim omnis homo. Pro omnis, est Hebraicè col à verbo calal, quod significat complere, consummare, perficere. Unde verti potest: Hoc est enim completus, consummatus, perfectus homo. Quasi dicat: Si Deum timeas, si adores, si reverearis, si sis divinarum mandatorum observantissimus, eris omnino verus homo, homo completus, consummatus, perfectus. Qui verò virtute vacuum est, & à Dei timore alienus, inanis homo est, verè homo verus non est, sed fucatus, externa solum hominis imagine constans. Primum Hominem ut Deus conderet verum, plenum, consummatum, completum, atque perfectum; non satis fuit corpus è terrae limo materialem sterni politissimam conditoris manu; & rationalem animam

creari

Gen. 2. 6. *Genes. 2. 6. Formavit Dominus Deus hominem de limo terrae, & inspiravit in faciem eius spiraculum vitae: Hebraice, vitarum: ut utraque corporis, & animae vita, nempe anima rationalis, & gratia ipsa à Deo homini datae intelligerentur. Pro spiraculum (ut supra 2. parte capite 9. dixi) libest Hebraea vox, quae spiritum hominis significat prodeuntem ex divinis praecordiis purum, sanctum, immaculatum. Sic homo non inanis & vacuus, sed Spiritus sancti gratia plenus creatus est. Unde Leontius premens illud Joannis 1. vers. 16. De plenitudine eius nos omnes accepimus; sapienter dixit: Plenitudinem ipsius vocat inspirationem, quae fuit in Adam, quam & dedit Apostolis post resurrectionem, nempe Spiritum sanctum. En tibi hominis plenitudo, gratia ipsa Spiritus sancti illum sanctificans & implens; qua per peccatum amissa, Adamus ad nihilum redactus est. Psalm. 14. vers. 4. & instar nucis nucleo carentis, inanis factus & vacuus; imò inanitas, & vacuitas ipsa.*

Pf. 14. 4. *Pf. 14. 4. Asposui terram, ecce vacua erat, & nihili, &c. Intuitus sum, & non erat homo. Hebraice pro vacua, & nihili; est tohu vabobu; quo chaos illud, & illud nihil, quod mundi constitutionem antecessit, significatur, ut observat ibi nosler Sanctius. Scio de Judaeorum strage per Chaldaeos, extremaque calamitate sermonem texti litterarium; verum moralissimè cum sancto Hieronymo referamus (verba ejus sunt) ad Ecclesiam Dei, cum offenderit Deum, & vitius fuerit vastata. Certè cum Dei gratia abest, & peccatum adest, vacua terra est, & nihili, sicut ante conditum mundum: vacua utique hominibus est, licet infiniti propemodum homines sint; nam si impii sunt, homines non sunt, sed ipsa inanissima vacuitas: atque adeo quod reliquum est, Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Alii vertunt, extrema inanitas, seu vacuitas. Antiqua Hispanorum Hebraeorum translatio: Nada de nada, nada e nada, todo es nada. Imò mundalia omnia minoris ponderis videntur esse, quam ipsa vanitas, quam ipsa inanitas, quam ipsum nihil. Psalm. 61. vers. 10. Mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Ex Hebraeo efferas: Vani, seu vanitas filii Adam in bilancibus ad ascendendum, ipsi plusquam vani simul; vel ipsamet vanitate erunt leviores. Quod argutè Cajetanus explicat: Si in bilancibus homines ponerentur ex una parte, & vanitas ex alia, plus ascenderet homo, quam vanitas, hoc est, minoris inveniretur homo, quam vanitas. Quò referas il-*

Cajetan. *Cajetan. Si in bilancibus homines ponerentur ex una parte, & vanitas ex alia, plus ascenderet homo, quam vanitas, hoc est, minoris inveniretur homo, quam vanitas. Quò referas il-*

lud Dan. 5. vers. 17. *Appensus est (ò Balthasar) in statera, & inventus est minus habens. Et tamen nulla fit mentio ponderis alicujus, quod in lace altera impositum esset, ad cuius comparisonem ipse minus ponderaret. Nimirum (ut delicatè observat nosler Pineda ad Eccles. 1. 2. §. 6.) quia minus ponderabat, quam ipsa vanitas, quam ipsa inanitas, & ut ita dicamus, quam ipsum nihil: nam vanitas nihil. Vides, infra omne pondus, infra ipsam vanitatem, inanitatem, vacuitatem; imò infra nihilum peccatores esse, & ea quae ipsi diligunt mundalia omnia?*

1603 *Modò rationis trutinæ manda vel unum hominem supernaturalibus gratiæ donis condecoratum, ac facillè deprehendes, præ illo vilem omnino esse, vacuum, inanem, ac nihilum orbem universum, ejusque bona, quibus justus unus præponderet. Ut enim sapienter sanctus Chrysostomus Homil. 40. ad Popul. Antioch. Elias unus erat, sed totus mundus non erat dignus, qui rependeretur ipsi. Et mundus quidem innumera millia sunt, sed non sunt millia, cum neque ad unius mensuram perveniant. Melior est unius Dei faciens voluntatem, quam decem peccatorum millia; nam decem millia nondum ad unum pervenerunt. Preme illud: totus mundus non erat dignus, qui ipsi rependeretur. Ac si dicat: Si totus mundus, & unus Elias in una trutina hinc & inde appenderentur, solus Elias justitiam colens universo mundo præponderaret. Psalm. 9. v. 9. ajebat David: Oculi ejus in pauperem respiciunt. S. Chrysof. Theodor. & Eusebius in Bibliis Sixtiani vertunt: In totum orbem respiciunt. Unum justum pauperem spiritu, toti mundo adæquari, nonnulli explicant. Sed cum humanus animus mundo utique major sit, quandoquidem totus mundus nulla sui dilatatione, & multiplicatione illum implere potest (mundus enim parva quadam buccella esse videtur, quæ in illud interioris hominis os injecta penitus implere non valet, imò penè non comparet, ut ajebat Richardus Victorinus Serm. de Spiritu sancto) hinc est, quò David, dum totum orbem vel unum justum appellat, illum quidem compellendum judicat mundum spectabili hoc mundo longè capacior, & perfectior. Mundum in parvo magnum, hominem nuncupat S. Gregorius Nazian. in Orat. 42. tum etiam in Jambicis. Et Clemens Romanus lib. 7. Constitutionum c. 35. & lib. 8. c. 2. refert hominem ab Apostolis nuncupatum Mundi Mundum, hoc est, nobilissimum, ac præstantissimum Mundum; quatenus ad divinam imaginem conditus est, justitiæ & sanctitatis capax. Parva igitur universa hæc mundialis machina est, parva ejus bona, ut vacuum hominis cor impleant, qui Mundi Mundus est, & non nisi divinitatis gaza repletur.*

1606 *Ut vides, pro in monte Sion, ponitur in monte, vel in montibus Hermon, seu Aermom, ut Drusius observat. Et quidem rectè; nam mons iste Sion non est ille, in quo Jerosolyma Urbs, Regia præsertim David, fuit ædificata; hic enim mons per litteram (sade Hebraicè scribitur; sed alter longè alius, quem per schin in initio scriptum reperias: quique Hermon ab Hebræis, ab Hieronymo Aermom, ab Amorrhæis Sanir, & Sinir, à Sidoniis Sarrion, & Sirion; à Phœnicibus Sanior, in Deuteronomio Sion, aliàs Seon vocatur. Vide Adrichomium in Theatro terræ sanctæ folio 89. in Manasse numero 58. Quòd autem pro monte ponatur montibus, vel potest esse enallage numeri; vel significare, montem illum*

Verf. 17. *Quasi Cedrus exaltata sum in Libano, & quasi Cypressus in monte Sion.*

V. 18. *Quasi Palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio Rosæ in Jericho.*

V. 19. *Quasi Oliva speciosa in Campis, & quasi Platanus exaltata sum juxta aquas in Plateis.*

ARGUMENTUM.

*Exaltatio Christi, ac Deiparæ gloriosissima in sacris Religiosorum familiis.*

1604 *Post Christi, & Deiparæ requiem, & habitationem gloriosam in universali Ecclesia, Hispaniensis signatim, recto planè narrationis ordine, aureoque coherentia filo, nunc sermo textur de requie, & habitatione, ac proinde de exaltatione utriusque gloriosissima in Religiosa Ecclesia, sacris nempe Religiosorum familiis, ubi Jesus & Maria, utpote in selectiore, sanctiore, & sapientiore Ecclesiae parte, omnigenâ gloriâ, juxta multiplex Religiosæ vitæ influxum, perfruuntur toto terrarum orbe conspicui. Quæ omnia sub præstantissimarum arborum, montium, ac locorum symbolo scitè admodum demonstrantur.*

TEXTUS ENODATIO.

1605 *Pæmitto pro enodando textu nonnullas à Græcis exemplaribus translationes. Tigurina effert: Instar Cedri in Libano excrevi, & sicut in monte Hermon Cupressus. Quasi Palma circum litora verticem extuli, & veluti plantæ Rosarum in Jericho. Ut elegans Oliva in amano campo; & ut Platanus ab aquis excrevi. Syrus pro exaltata sum, vertit nutrita sum. Drusius verò sic transfert: Tanquam Cedrus exaltata sum in Libano, & tanquam Cupressus in montibus Hermon. Ut palma exaltata sum in Engaddi, & ut stirpes rose in Jericho. Ut oliva decora in campo, & ut platanus ab aqua evecta sum. Camerarius ita: Succrevi in sublime sicut Cedrus Libani, & sicut Cyparissus in montanis Hermon. Incrementum meum sicut Palmæ posita in irriguo: sicut planta roseti prolata in Jericho. Sicut oliva generosa in medio campo; subinde crevi ut Ebenus.*

1606 *Ut vides, pro in monte Sion, ponitur in monte, vel in montibus Hermon, seu Aermom, ut Drusius observat. Et quidem rectè; nam mons iste Sion non est ille, in quo Jerosolyma Urbs, Regia præsertim David, fuit ædificata; hic enim mons per litteram (sade Hebraicè scribitur; sed alter longè alius, quem per schin in initio scriptum reperias: quique Hermon ab Hebræis, ab Hieronymo Aermom, ab Amorrhæis Sanir, & Sinir, à Sidoniis Sarrion, & Sirion; à Phœnicibus Sanior, in Deuteronomio Sion, aliàs Seon vocatur. Vide Adrichomium in Theatro terræ sanctæ folio 89. in Manasse numero 58. Quòd autem pro monte ponatur montibus, vel potest esse enallage numeri; vel significare, montem illum*

*Mons Sion quis hic.*

pluribus constasse collibus, ut mons Sion, qui mons sanctitatis vocatur, & legitur alibi montes sanctitatis. Vel dici poterit in montibus Hermon, id est, in tractu, qui Psalm. 41. 7. Hermonim vocantur in plurali numero. Ubi nostrum videtis Lorinum.

Deinde pro Cades, Græcè ponitur Engaddi, vel juxta alia exemplaria, Gaddi. Syrus, quasi palma nutrita sum in Engaddi. Basilienensis, Romana, & Aldi editiones effertur in litoribus. Tigurina, circum litora. Quam lectionem nonnulli rejiciunt ut minus sinceram. In irriguo, Camerarius legit. Forte pro Cades positum Engaddi, quòd Engaddi situm sit juxta Cades, ibique abundant palmæ irriguæ circum littora; ut enim Plinius libro 13. capite 4. de palmis in Judæa nascentibus: Gaudet & irriguis, totoque anno bibere amat.

1607 *Rursus ex translationibus præfactis sic Siracidis verba ordinanda: Sicut Cedrus exaltatur in Libano; sicut Cypressus in monte Sion seu Hermon; sicut palma exaltatur in Cades, seu Engaddi; sicut plantatio rosæ in Jericho; sicut oliva speciosa in campis; sicut platanus ad aquas exaltatur in plateis, sic ego æterna & corporata Dei Sapientia, sic ego Incarnati Verbi Mater, non unâ, sed multiplici ratione exaltor, excreasco, educor, vel educata sum ad instar Cedri, Cypressi, Palmæ, Rosæ, Olivæ, Platani, in sacris Religiosorum ordinibus (ut nostra fert interpretatio infra stabienda) qui per Libanum, Sion, seu Hermon, Cades seu Engaddi, Jericho, campos, & plateas symbolicè designantur.*

SECTIO XXXII.

*De Montibus, de locis, de arboribus, & plantis, de quibus Siracides meminuit.*

1607 *Libanus inter Syriæ montes celeberrimus, ad Paræstina septentrionem surgens, promissionis adeptam regionem à cæteris nationibus per Achionem dividens, longissimè protenditur, pluraque sub uno colle continet juga, Galaad, Hermon, Sanir, Amana. Sic cum Brocardo 2. Itinerarii parte multi putant ad cap. 4. Cantorum. Itaque Libanus mons *αὐδουρνος* extat, id est, multa habens nomina. Cujus pars nobilissima mons est Galaad, quæ caput appellatur Jerem. 22. 6. Galaad tu mihi caput Libani. Cantat etiam noster Sherlogus in cap. 7. Cant. vers. 5. Sectione 2. numero 24. ad Libani divisionem spectare etiam Carmelum montem, ubi commemoratus Elias cum Elifæo, aliisque Prophetarum filiis. Atque hunc montem existimat appellari Libani Carmelum, ex Isaïæ cap.*

*Galaad caput Libani.*